

Sternitur, &c.

Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculq; plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quod Poeni tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa: citatq; Afraniū, qui scripserit de quopiam, quod Tyria maria cōcuret: hoc est, ingentes turbas excitaret. Erasmus.

Tyrotarichus] tyrotarichi, pen. corr. m.g. (τυροταριχος) Genus obsonij, ex caseo, salsamentisq; confecti. τυρος enim caseus, ταριχος salsamentum. Cic. ad Patum, lib. 9. 16. 25. Tu uero (uolo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Idem ad Atticum, lib. 4. 77. 1. Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam patina tyrotarichi. De tyrotaricho Apicius lib. 4. Sed & Caelius lib. 3. cap. 26.

Tyrrhenos] pen. prod. (τυρρηνος) Romani Hetruscos appellant atq; Tuscos. Graeci uero eos hoc nomine nominarunt à Tyrrheno Atyl filio, qui Lydia colonos hac in regione dimisit. Atyl enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, quum sterilitate ac fame populum suum emittere cogereetur, è duobus filiis, sorte iacta, Lydum quidem regni successorem tenuit: Tyrrheno autem maiorem applicans populum, foras abire iussit. Hanc ille ingressus oram, de suo nomine uocauit Tyrrheniam. A cuius gentis praecipua crudelitate tyranni sunt dicti.

Tyrrhenus, pen. prod. Adiect. (τυρρηνος) ut, Aequor Tyrrhenum. Virg. 1. Aen. 15.

Arua Tyrrhena. Virg. 8. Aen. 111.

Gens Tyrrhena. Ouidius 15. Metam. 116. Cic. 1. de Diuinat. 36. Ex poeta.

Monstra Tyrrhena. Ouid. 3. Fast. 145.

Rex Tyrrhenus. Ouid. 4. Fast. 180.

Seaes Tyrrhena. Virg. 7. Aen. 42.

Tyrrhenum mare dictum est, uel quod Tusciam aluit (inquit Seruius) id est Tyrrheniam: uel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare praecipitauerunt. Namq; hoc habet fabula, Dormientem in litore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos: qui quum esset experrectus in nauis, quod duceretur, interrogauit. Responderunt illi, Quod uellet, Liber ait, Ad Naxum insulam sibi sacratam. Se autem quum aliò uela deflecerent, iratum numen tigres sibi sacratas, uisibus eorū obiecit: quo terrore se illi in fluctus dedere praecipites. Haec nus Seruius enarrans hunc locum Virg. 1. Aen. 15.

Gens inimica mihi Tyrrhenū nauigat aequor, &c. Idem in hymno quodam in Bacchi laudes scripsit Homerus.

Tyrrhus] τυρρῆος, Pastor apud quem Lauinia peperit. Inde Tyrrhidae, Tyrrhi filij. Haec Seruius apud Virgilium, 7. Aeneid. 97.

Ceruus erat forma praestanti & cornibus ingens, Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum Nutribant, Tyrrhusq; pater cui regia parent Armenta, & late custodia credita campi.

Iuuenes Tyrrhidae. Virg. 9. Aen. 6.

Tyrtæus] τυρταῖος, Poeta Graecus, cuius saepe meminit Plato in libris de Legibus, O diuine poeta Tyrtæe, inquit, sapiens certe ac bonus nobis esse uideris, quia excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.

Tyrtias] τυρτιας (tyrtias) Princeps & inuentor artis rhetoricae fuit, ut docet Cicero 1. de Inuentione, 125.

Thesauri pars 3.



ET I litera medius quidam est sonus. Quint. lib. 1. cap. 4. 7. Et medius est quidam u & i litera sonus. Nō enim sic optimum dicimus, ut optimum.

V atq; o inuicem permutate. Quint. lib. 1. cap. 4. 12. Quid o atq; u permutate inuicem? ut Hecoba, &

notrix: Chalcides & Pulixena scriberentur. Ac ne in Graecis id tantum notetur, dederont ac probaueront. Sic ὀδυσσεύς, quem ὀδυσσεύς fecerunt Aeoles, ad Ulysses deductus est.

V pro o. Vide Mæti pro Muris.

V A

Vacanter] Vide Vaco.

Vacca] uaccæ (βός) Bos foemina. Varro 2. de Re rust. cap. 5. 5. Discernuntur in prima, uitelus & uitula: in secunda, uenucus & iuuenca: in tertia & quarta, taurus & uacca. Cic. 1. de Nat. deor. 104. Cur non gestiret taurus equæ contestatione, equus uaccæ?

Candens. Virg. 4. Aen. 13.

Fœta. Virg. 3. Georg. 36.

Sterilis. Virg. 6. Aen. 51.

Nitida. Ouid. 2. Metam. 139.

Niuea. Ouid. 5. Metam. 66.

Vbera lactea demittunt uaccæ. Virg. 2. Georg. 105.

Pastæ distentent ubera uaccæ. Virg. 9. eclog. 6.

Mugit uacca. Stat. 4. Sylu. 5. 4.

Pascere uaccas. Ouid. 2. de Arte, 48.

Vaccula, uaccule, pen. corr. Diminut. (βόειον) Virg.

Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans.

Vaccinus, pen. prod. Adiect. (βόειος) Quod est ex uacca. Plinius lib. 24. cap. 3. 1. Cortex illinitur, decoctus lacte uaccino, serpentis plaga.

Vacca, Oppidum Numidiae. Sallust. in Iugurth.

Vaccenses, Vacca oppidi Numidici incole. Idem ibidem.

Vaccinium] Vide Vacinium.

Vaccus] βόωνος, Dux Fundanorū in Priuernati bello, qui à L. Papyrio captus: ædes eius dirutæ sunt, & bona publicata.

Vide Liuū 8. ab Vrbe, 95. & Ciceronem pro Domo sua, 7.

Vacefio] uacefis, Vacuus efficio. Lucret. lib. 9.

Vacerra] uacerræ, m.g. (πυρρῆος) Vecors & uesanus dicitur. Festus.

Vacerra (κλαίροπον) Stipes ad quem religantur equi in stabulo, inquit Festus. Colum. lib. 6. cap. 19. 2. si autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesq; transuersis sex temonibus,

quasi uacerræ inter se ligantur, ita ut a posteriore parte quæ latior est, uelut in cauea quadrupes possit induci, &c. De syluis muro circundandis.

Vacerra, Genus clathrorū. Colum. lib. 9. cap. 1. 2. Vbi uero neutrum patrifamilia conuenit, ratio postulat uacerris includi. sic enim appellatur genus clathrorum: idq; fabricatur ex robore, quercu, uel subere.

Vacerrosus saepe usurpauit Augustus, pro insania correpto. Suetonius in eius uita, cap. 87.

Vacillo] uacillas, uacillare, Inconstantem esse, & quasi alternatim moueri. Cic. de clar. Orat. 114. Curio in utranq; partem toto corpore uacillans.

Vacillare ex uino. Quint. lib. 8. cap. 3.

Tellus uacillat sub pedibus. Lucret. lib. 5. 249.